F. K. 109.
12
v. Warnsdorf
Z f 3500
X2120419
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-97009-p0001-2
DFG

A

Nobiliſſimis Juvenibus,

CASPARE RUDOLPHO & ERNESTO Gotthart ADOLPHO,

Fratribus Germanis DE WARNSDORF,

Viri Generoſiſſimi,

DN. GEORGII CASPARIS DE WARNSDORF,

HÆREDITARII IN Schreibersdorf/

LOCUM-TENENTIS OLIM CÆSAREI. &c.

Filiis multò dilectiſſimis,

a. d. 30. Auguſti, labentis hujus 1692. Anni

geminas Oratiunculas Valedictorias de PHILADELPHIÆ *Impedimentis & Incrementis*

declamatum iri intimat

M. G. WENDIUS, RECT. & INSPECTOR.

L. B. S. & O.

HActenus aliqvot FRATRUM PARIA *Lyceum noſtrum ſimul & ſemel freqventarunt. Ut enim taceamus Nobiliſſ. Lœbios, Braunios, cultiſſimos Groſchios, Pezoldos, alios, qvorum vel alteruter, vel uterq; non ita pridem ob diverſa inſtituta in diverſa diſceſſerunt loca: in præſens ſanè è Baronum & Nobilium generoſiſſimorum proſapiâ duo Malzanii, Warnsdorfii, Gablenzii, üchtrizii, Sommerfeldii; è Civium honeſtiſſimorum genere totidem Radatzii, Gudebornii, Kleinhardi, Schäferi, Felleri, Baudiſii, Waltheri, Engelmanni, Pauli, Bœtneri, Bornmanni, Heinizii, Myhlii, Kirchhofii, Friderici, Freudenbergii, Heergeſellii, &, qvod forſitan primo ſtatim commemorare debebamus loco, tria* GüNTHERORUM, *è totidem diſtinctis, juxtim ac ſpectatiſſimis, Parentibus deſcendentium Paria, Signa noſtra ſeqvuntur, atq; vel in publicæ, vel privatæ rei commodum publicè ſe informari ſuſtinent. Plerią; etiam, qvod ego qvidem ſciam, cum Pietate Eruditionem, cum Eruditione Morum honeſtatem, pro re natâ fraterno qvaſi nexu conjungere, adeoq; per Virtutis Ædem ad Templum Honoris, per Fidem ad Cœli gaudia, aliqvando pertingere annituntur. DEUS benedicat iisdem!*

Utrum verò generoſiſſimis noſtris WARNSDORFIIS, *(quorum Abitum præſens hæc pagella ex Officio denunciat,) ceu ordine ætatis, ita meritorum quoq; dignitate, inveniantur commendatione qvalicunq; noſtrâ magis, an æq;, digni, non eſt, qvod fluctuemus, aut è longinqvo hoc operoſè adſtruamus. Hi duo Fratres (ut rem breviter, verè tamen, expediamus,) per ipſum, & qvod excurrit, triennium non ſolùm reliqvas Fratrum bigas, verùm & ſive Ingenii, ſive induſtriæ, beneficio ſemetipſos antevertere, & vel ſine victoriâ vincere allaboraverunt. Simul ac in Pietatis & Latialis Lingvæ cognitione, qvantum opus eſt, profecerant, tempeſtivè iidem ſe ad Studia, unde ſimul Rationis ac Orationis rectitudo, Morum & Officiorum Civilium* Ευνομία, *rerum per Orbem geſtarum ſcitamenta, Locorum deniq; Situs, Status, & Intervalla petuntur, applicuerunt. Minimè qvoq; contenti, qvòd noſſent, qvid Virum aut Civem bonum deceret, ſubinde ad facta ipſa proruperunt. Qvà Patriæ ſuæ* Vaſalli, *(ceu Lauba ipſa novit,) ante hos ipſos novem menſes* SOLI *Electorali Saxonico; qvà* Filii, *Parentibus ſuis multò indulgentiſſimis; qvà* Auditores, *nobis docentibus; qvà* Commilitones, *reliqvæ contribulium ſuaviſſimorum Coronæ; qvà* Fratres *deniq;, ſibimet invicem, uti par eſt, humillimæ ſubjectionis, decentiſſimæ venerationis, prompti obſeqvii, cultæ humanitatis, amorisq; intemerati, documenta nunqvam non probaverunt: ea propter omninò digni, qvi nunc, ubi Superiorum ſuaſu, & noſtro non diſſentiente ſuffragio, ad altiores Sedes pergendum eſt, bonâ cum pace â nobis dimiſſi, aliorum qvoq; bonorum Virorum commendentur amori & benevolentiæ.*

Agamus igitur, qvod noſtrarum eſt partium. Qvemadmodum benè confidimus, fore, ut Fratres, qvi in poſterum qvoq; dicto nobis audientes erunt, voce noſtrâ identidem incitati, rerum ſuarum probè ſatagant: ita jam enixè contendimus, ut Laubanenſes qvidem Eruditi Nobiliſſimos hoſce ſuperiorum Facultatum Candidatos ante Abitum ſuum de PHILADELPHIÆ, *ſive* Amoris Fraterni *Impedimentis ac Incrementis craſtinâ C. B D. luce in ſupremo Auditorio declamaturos benevolè audire; Lipſienſes verò, ad Tecta ſua propediem diverſuros cum gratiâ recipere dignentur. Warnsdorfii, qvæ ſpes noſtra eſt, ultimum hoc Laubanenſium beneficium primo; & primum Lipſienſium non ultimo, Officiorum genere redhoſtire ſtudebunt. Warnsdorfii, ne dubitate, usq; ſui erunt ſimiles, hoc eſt, grati. Ceterùm ne hominibus qvaſi ſolis concredi illi videantur, Summo qvoq; Numini univerſa ſingula Eorundem commendamus Molimina. A qvo ritè exorſi olim ſunt, cum Eo egregiè egregia ſua finiant Cœpta! Votorum noſtrorum argumentum eſt, ut apricantia nunc in Sole Academico Warnsdorfiorum Studia olim aliqvando* DEO *adminiculante Eccleſiæ, Patriæ, Familiæ, Sibi, inſignia emolumenta afferant! Fiat! Scribeb. Laubæ. a. d. 2. Calend. Septembr. A. O. R. M. DC. XCII.*

LAUBÆ, Typis Johannis Godofredi Dehnii.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-97009-p0002-8

FR 2 f 3500

F. K. 109.

12

v. Warnsdorf

Z f 3500

X2120419

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

1017

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-97009-p0003-4

FR 2 f 3500

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-97009-p0004-9

A

mis *Juvenibus*,

PHO & ERNESTO Gotthart

OLPHO,

is DE WARNSDORF,

Generoſiſſimi,

PARIS DE WARNS

RII IN Schreibersdorf/

NTIS OLIM CÆSAREI. &c.

multò dilectiſſimis,

ti, labentis hujus 1692. Anni

PHILADELPHIÆ *Impedin* ... *ris*

natum iri intimat

, RECT. & INSPECTOR.

B. S. & O.

l & ſemel freqventarunt. Ut enim taceamus Nobili ... *roſchi-*
ta pridem ob diverſa inſtituta in diverſa diſceſſeru ... *um &*
dorfii, Gablenzii, üchtrizii, Sommerfeldii; è C ... *otidem*
Waltheri, Engelmanni, Pauli, Bœtnèri, Bornmanni, ... *derici,*
commemorare debebamus loco, tria GüNTHEROR ... *c ſpe-*
ſeqvuntur, atq; vel in publicæ, vel privatæ rei con ... *tinent.*
tionem, cum Eruditione Morum honeſtatem, pro r ... *ngere,*
aliqvando pertingere annituntur. DEUS benedi
tum præſens hæc pagella ex Officio denunciat,) ceu ... *q; di-*
, non eſt, qvod fluctuemus, aut è longinqvo hoc ope ... *s (ut*
nium non ſolùm reliqvas Fratrum bigas, verùm & ... *icio ſe-*
Pietatis & Latialis Lingvæ cognitione, qvantum op ... *dem ſe*
Civilium Ευνομία, *rerum per Orbem geſtarum ſcitam* ... *us, &*
qvid Virum aut Civem bonum deceret, ſubinde ad ... *Patriæ*
torali Saxonico; qvà Filii, *Parentibus ſuis multò* ... *, nobis*
æ; qvà Fratres *deniq;, ſibimet invicem, uti p* ... *entiſſi-*
documenta nunqvam non probaverunt: ea propte ... *perio-*
eſt, bonâ cum pace â nobis dimiſſi, aliorum qvoq; b ... *amori*

confidimus, fore, ut Fratres, qvi in poſterum qvoq ... *noſtrâ*
us, ut Laubanenſes qvidem Eruditi Nobiliſſimos h ... *lidatos*
tis ac Incrementis craſtinâ C. B D. luce in ſupremo ... *audi-*
dignentur. Warnsdorfii, qvæ ſpes noſtra eſt, ultim ... *pri-*
nt. Warnsdorfii, ne dubitate, usq; ſui erunt ſimil ... *omini-*
Eorundem commendamus Molimina. A qvo rit ... *egre-*
c in Sole Academico Warnsdorfiorum Studia olim aliqvando DEO adminiculante Eccleſiæ,
a.d. 2. Calend. Septembr. A.O.R. M. DC. XCII.

Typis Johannis Godofredi Delnii.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-97009-p0005-5